

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XXXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Intellectui viam fides aperit, infidelitas
 claudit, *Augustinus.*

Die Sprache ist verlohren: Was bringt dies
 selbe wieder?

Das thut der Glaub allein; Drum lerne
 hier ein jeder

Des Glaubens grosse Krafft/ und
 gläub an Jesum Christ:

Dem der an Christum gläubt/ es alles
 möglich ist.

Ex v. 69.

Exacuant hastas & fidant cornibus hostes:

Tu nobis CORNU, Christe! salutis eris.

ORACULUM SACRUM XXXIX

Pf. XVIII. 3.

TEXTUS EBREÛS SACER.

יְהוָה סֵלַעִי וּמִצְרַתִּי וּמִבְּלֵטִי
 אֵלֵי צוּרִי אַחֲסֶה-בּוֹ מִגְּנִי וּמִן
 יִשְׁעֵי מַשְׁבָּנֵי:

Versio Vulgata.

Dominus petra mea, & arx mea,
 &

& liberator meus. DEUS meus, rupes
mea, sperabo in eum. Protector meus
& CORNU SALUTIS meae, & altissi-
mum asylum meum.

Versio B. LUTHERI.

HERR mein Fels/ meine Burg/
mein Erretter/ mein Gott/ mein Hort
auff den ich traue. Mein Schild und
Horn meines Heils und mein Schutz.

N O T A.

I. De vocabulo אֲנִי in tenuelatione
oraculi XVI quaedam notavi contra Socinia-
nos. His addo observationes sequentes:

1. Hæc vocabula Ero, Ero qui ero & Jeho-
vah unum idemq; significant. Agnovit hoc
Schindlerus qui in Lexico suo *אֲנִי* scri-
bit, hæc verba in radice אֲנִי : Idem igitur
sunt אֲנִי אֲנִי אֲנִי Ero qui ero, &
simpliciter אֲנִי Ero & אֲנִי Ens. Hæc
Schindlerus & quidem rectè. Nam hoc vo-
cabulum derivatur à communi themate אֲנִי
quod significat FUIT.

2. Hoc nomen non est fictitium, nec crea-
turis commune, sed ita soli DEO proprium, ut
nulli

Nulli creatura in cœlo aut terra competat, juxta dictum Esa. XLII, 8. Ego Dominus hoc est nomen meum gloriam meam alteri non dabo. *Quod notandum contra Remonstrantes, qui sarrum hoc tetragrammatum miserè crucifigunt, existimantes illud esse fictitium: non tribui DEO ratione essentia, nec esse nomen DEI proprium, sed creaturis commune. Vid. Apol. c. III. p. 516. Episcop. Instit. Theol. lib. IV. sect. II, cap. II.*

Hoc nomen in sacris Christo tribuitur, & nobis tale suppeditat argumentum:

Cui tribuitur principaliter & propriè vocabulum Jehovah, illum necessario pro Deo æterno & verissimo, soloq; omnipotente agnoscere tenemur. At Christo hoc nomen expressè tribuitur. Esa. VI. 10. XXXV. 4, 5. XLIII. 11, 12. XLV. 17. 24, 25. Jer. XXIII. 6. Hof. I. 7. Zach. XI. 5. &c.

E. illum pro Deo æterno & verissimo soloq; omnipotente agnoscere tenemur. *Quod argumentum opponendum Arianis & Socinianis.*

4. Huic vocabulo, quod Rabbinii vocant, illium quatuor literarum, illa ipsa puncta, quæ hodiè sub se habet, citra omne dubium olim substraverunt, qui Genesin cum punctis Ecclesiæ Dei suppeditarunt. E. hoc nomen & punctari & enunciari debet & potest, *contra Judæos, quos*

os, quorum vestigia legit Drusus in l. 10. Prætoriorum sup. Nov. Test. ad cap. Apoc. XIX. 12.

Nec est quod Judæi nobis objiciant dictum, Levit. XXIV. 16. Et nominans nomen Jehovah moriendo morietur. Nam heic sermo est de mala expressione seu nuncupatione h. e. de blasphematione nominis divini, uti contextus monstrat. Hinc versio Latina antiqua: Qui blasphemaverit nomen Domini, morte morietur. B. Lutherus: Welcher des HERN Namen lästert/ der soll des Todes sterben.

II. DEUS h. l. uti & 2. Sam. XXII. 3. & Messias hodierno in Evangelio à Zacharia CORNU SALUTIS adpellatur *κέρας σωτηρίας*. Sicut enim cornua, feras defendunt & in illis robur earum exseritur: sic Deus est piis cornu salutis & fortissimus eorum defensor.

Nam in sacra scriptura CORNU ad profligandos hostes robur & potentiam, ad obtinendam victoriam deliberationem significat ad defensionem. Hujus rei exempla vide Ps. LXX, ri. CXII. 9. Dan. VII. 21. VIII. 4. Ezech. XXIX. 21. Mich. IV. 13. & hæc nota contra hostiam Ecclesia furorem & machinationes. Ego paucis adjiciam.

SENTENTIAM PATRUM.

Quod nomen Jehovah nomen DEI proprium

prium, & quod Christus verè sit CORNU
SALUTIS.

Nec verò ex omnibus nominibus, quæ de
Deo prædicantur, ullum æquè proprium vide-
tur atq; ENTIS nomen quod IPSAM QVI-
DEM ESSENTIAM INDICAT, NON AU-
TEM QUÆNAMEA SIT, *Nicetas super Ora-
tionem Gregorii Nazianzeni secundam in Pascha.*

DEUS meus CORNU SALUTIS meæ, re-
voca tu errantem: in vita repugnantem: ex-
pecta torpentem, mulce marentem, doce
ignorantem, à ruina suscita, post lapsum repa-
ra, ostende mihi benè vivendi viam, da gradi-
endi scientiam, *Aug. lib. Medit. cap. 7. T. 9. col.
694. D.*

Verbo Cornu robur ac potentiam, verbo
autem erigendi solidum robur ac invictam ejus
stabilitatem Zacharias describit, contra quod
ne inferorum quidem portæ prævalebunt.
CORNU SALUTIS dicitur i. e. salutiferum
obtinens victoriam contra hostes, & offerens
salutem captivis. Ut boves cornu feriunt &
prosternunt hostes: Ita nos fiducia Media-
toris probè armati sumus adversus Diabolos,
*Ira B. Ghemnitius Theologorum. illud lumen vir-
tutis præcipuum in Luc. I. 69.*

3 ii Eeße

Schelt wie der böse Feind sehr wider Christi
 tum tobet/
 Und seine grosse Macht und starcken Hörner
 lobet:

Doch acht' ich solches nicht/du Jesus
 bist allzeit

Mein Felsen-fester Horte/und Horn
 der Seligkeit.

IN DIE DD. APOSTOLORUM
 PETRI & PAULI.

Ex Matth. XVI. 14. 16.

Errat turba rudis. Tua stat confessio PETRE.

Est Christus vivi viva propago DEI.

ORACULUM SACRUM XL.

Joh. XVII. 3.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Αυτη εστιν η αιωνιος ζωη, ινα γνωσασθ
 οτι εν μονον αληθινον θεον, και ον επισειλας Ιησυν
 Χριστον.

Vulga Versio Latina.

Hæc est autem vita æterna, ut cog
 noscant te solum verum DEum & quem
 misisti Jesum Christum.

Versio